



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

21. Dies Octob. Bonus timeat ne cadat, malus conetur ut surgat? S.
Fulgentius sermon. de S. Stephano.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

in eo videbitur Veritas, ubi etiam ipsum lumen
tenebræ? Totus apparatus mundi, & fundamenta
ejus, sunt cæcitatibus instrumenta, superbia, libido, ambi-
bitio, iracundia. Ut perinde prope sit, amare mun-
dum, ac amare ipsum odium; quia omnia que sunt
mundi, sunt digna odio; & qui mundum diligunt
sunt Deo odio. Quid ergo verius hoc verfu?

Hic miser est, & erit, mundi qui prospera querit.

21. DIES OCTOB.

Bonus timeat ne cadat, malus conetur ut surgat.

S. Fulgentius sermon. de S. Stephano.

Perver- I.
fitas mun-
di.

Nihil aliud est in hoc mundo
vivere, quam cadere, & sur-
gere. Qui hodie surgit
peccatis absolvitur, cras
rum cadit, & peccatis involvitur. Hæc hora est
filius lucis, sequenti filius tenebrarum. Iraque
quis sit bonus, siue malus, semper illi est timor, & la-
bor; bono, timor ne erectus cadat; malo, labor
ut prolapsus surgat. Nemo hoc mirabitur, si quis volu-
erit facere anatomiam mundi: cujus hodie rudia tan-
tum aspeximus lineamenta. Mundus hic malus, ni-
hil est aliud quam vita mundo adherentium mala.
ubi loco terræ, est Avaritia; ignis, cupiditas; aqua
Inconstantia, aëris levitas, & stultitia; loco petri-
orum pertinacia; florum oblectamenta; arborum
cellarum, superbia: maris profundi, cor. Quid mi-
tis? Sol est prosperitas, Luna continua mutabilitas.
His affinia habet D. Cyprianus. (a) Regnum hoc mu-
nitur vitis, ambitur flagitiis, turres ejus sunt crimi-

(a) De Jesu Christo.

arma quarumcunque turpitudinum molimina. Si conferamus inter se molestias, quæ ab elementis nobis adferuntur, & quas inter vitia patimur: exiguum omninò periculum esse inueniemus, quod terra, marique instat, comparatum cum iis, quæ nobis vitæ pravitas faceffit.

II. An non graviori versantur in discrimine, qui cadunt in altam voraginem superbiæ, quàm qui de altissimo cadunt scopulo? An non periculosius agunt homines inter vitia, & voluptates, quàm inter efferas belluas, & immanes feras? An non gravius subdit discrimen, qui livore tentatur, quàm cui cerebrum saxo comminuitur? An non gravius periclitantur, qui avaritiæ æstu torrentur, quàm qui ad montem Ætnæ habitant? Non est tacendum quod dixit Tacitus. (a) *Corrumpere, & corumpi, seculum vocatur.* Sic, decipere, & decipi, mundus nominatur. Verè igitur de mundo Arnobius. (b) *Mundus, sedes, ac domicilium, in quo omne nefas quotidie perpetratur, maleficia cuncta consistunt.* Hic est ergò mundus, hostis noster capitalis, qui semper nostro insidiatur capiti: amicus fraudulentus, perfidus; qui assiduo nos labore fatigat, & fatigatos atrociter castigat: qui se bonis formidabilem, improbis amabilem probat: bonorum maximè prodigus, alienorum, propriorum parcissimus: vitiorum omnium machinator, virtutum cunctarum carnifex, qui suos sustentat blanditiis, alienos allicit delitiis. Sic mundus dum nobis delitiis arridet, mendaciis irridet. Itaque in mundo, ubi tranquilla omnia videntur, ibi nocitura non desunt, sed quiescunt. Illic mala

G g g 3

audira

(a) *De morib. German.* (b) *l. 2.*

audita vulnerant, visa trucidant. Verè ergò, non sunt bona mundi studiosè appetenda, quæ dum tenentur, intereunt. Quis fructus est, ea indelinetè cupere, quæ etiam si non deserant, sunt delenda.

III. Maxima in mundo quæ nos allicit, ut ei obsequamur, illecebra, est Voluptas. Illa, quam sic fallax, mendax, fugax, paucis te docebit, orator in paucis eximius, Tullius. (a) *Qui voluptatem maxime sequuntur, minimè consequuntur.* Sapiens, si tibi laqueum monitum D. Gregorii. (b) *Disce homo non diligere mundum, ut diligas Deum, avertere, ut convertaris, effundere, ut implearis.* Sed per me licet, totum te Mundo dato; fideliter mundo servito, optimè de pessimo mundo sentito? tale ad extremum recepturus est stipendium, qualis ipse mundus est. Te sciscitor, mundi insane amator, an non verum hoc entyma. Aut bonus, aut malus est mundus; si erga te est bonus: quid de illo quereris? si malus, cur illum sequeris? imò obsequeris? Non potest fieri, quin vel inviti fateantur Cosmophili, in alterutrum errorem se incidisse: quod nimirum, aut malo serviant heretici, aut de bono conqueruntur domino. Merito igitur dixerim de mundo, quod de Fortuna, quæ in mundo dominatur, scripsit Boëtius. (c) *Si Fortunam probas, utere moribus, ne queraris: si perfidiam perboresciscis, sperne, atque abjice perniciofa ludentem.* Nemo mundum probabit, nisi improbus: hæc enim est vox improbissima mundi. Ille apud me est dignitate primus, qui virtute est novissimus: ille meus,

(a) *Tuscul.* (b) *Discip. de Temp.* 507. (c) *l. 2. conf. 1.*

Octob.

Tessera.

839

qui non est satus; ille laudabilior, qui sordidior, ille mihi gratior, qui sibi nequior. Dum audis talem vocem, adhuc geris illi morem? Quidni hic exclamem:

Heu stolidæ mentes! pereunt peritura sequentes.

22. DIES OCTOBRIS.

Discas non diligere, ut discas diligere. *S. Augustinus conc. 3. in Psal. 30.*

Mundi o I. **M**agna est ars verè bona non diu, est negligere, major meliora diligere, maxima optima diligere. Quidquid diligis præter unum, aut propter unum, malè à te diligitur. Hinc ut discas diligere Deum, prius discas non diligere, quæ non sunt Dei. Benè Fulgentius: (a) *Amor cum periculo sæpè concordat, & dum ad illud solum notat quod diligit, nunquam videt; quod expedit.* De disce igitur amare, quod amatum tibi non expedit, quia tibi amanti nocet, dum à salute impedit. Deinde disce ea non diligere, quæ possessa, erunt possidentium, vel ne pereant periculum, vel ut pereant exitium. Quia si diligis divitias, & eas possides, non tam possides tu divitias, quàm possidearis à divitiis. Idèò solerter monet Salvianus: (b) *Refugienda est ampla possessio, ne consequatur profunda perditio.* Diligis aliquid ut possideas, & ecce si possideas, jam periculum est ne pereas. Itaque si illa quæ non sunt Dei, amas, jam tibi pereundi periculum creas. Vide ergò cui impendas tuum amorem. Duo sunt, quorum alterutrū quem

Ggg 4

(a) *Mythol. 2.* (b) *Salvian. ad Eccles. l. 2.*